

NY. 59. 4.



DECAS  
PHILOLOGICO-  
RABBINICA

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE

GUILIELMO HENRICO

DVCE SAX. IVL. CLIV. MONT.  
ET RELIQUA

CONSENSV SVPERIORVM

P R A E S I D E

M. IO. IVSTO *Sonneschmid,*

APOLDA - THVRING.

PVBLCÆ DISQVISIONI

IN AVDITORIO PHILOSOPHICO

*Ad diem XX. Maji. Anni MDCCXIX*

horis consuetis

SVBMITTET

DAVID FRID. GERLACH,

EISENB. PHILOL. ET SS. THEOL. CVLTOR.

---

I E N A E

---

EX OFFICINA MVLLERIANA

DECAS  
PHILOGICO  
RABINICA

OVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPIS  
GUILIELMO HENRICO  
DUCE SAX. IVL. CIV. MONT.  
ET RELIOVA  
CONSENSU SUPERIORVM

P R A E S I D E  
M. IO. IVSTO GONNELFUND  
APOLA - TVRING.  
PABLICE DISPOSITIONI  
IN AUDITORIO PHILOSOPHICO

ANNO MDCCXIX  
HABITUS CONFERENS  
STAMMSTADT  
DAVID FRID. GERLACH  
EISENE. THUL. ET SS. THEOL. CULTOR.

EX OFFICINA WILHELMIANA





כ"ט

1.

Exod. XXVI. 33.

ונתתה את הפרכת תחת הקרסים

*Et des velum illud sub ansulis illis.*



Raclare Raschi in Commentario suo  
 ad h.l. commentatur: ונתת את  
 הפרכת תחת הקרסים המחברים  
 את שתי חוברות של יריעות המשכן  
 דחב החוברת עשירים אמה ובשפרשה  
 על גג המשכן מן הפתח למערב כלתה  
 בשני שלישי המשכן והחוברת השנית כסתה שלוש  
 משכן והמותר תלוי לאחריו לכסות את הקרשים:

*Et des velum illud (sc. quo sanctum à sancto sanctorum  
 in tabernaculo separatur) sub ansulis illis (aureis, quarum  
 mentio facta est in versu 6.) conjungentibus duas il-  
 las partes tegumenti tabernaculo immediato imponendi,  
 quarum qualibet ex quinque יריעות seu aulis consutis  
 constitit. Latitudo unius dimidia partis tegumenti hujus  
 erat decem cubitorum, sique hac dimidia pars a janua ta-  
 bernaculi versus plagam occidentalem super ipsius tectum*

A 2

expan.

expandebatur, duas tabernaculi tertias partes complectebatur. Altera vero dimidia pars tegumenti hujus confuta reliquam tertiam partem tabernaculi (sc. sanctum sanctorum) obtegebat, & residuum hujus alterius partis pendebat post tabernaculum, ut affores contegeret.

Quæ ut eo melius intelligantur, observandum, quod tegumentum illud, tabernaculo immediate imponendum, ex decem אורוֹת seu aulæis constiterit, quorum quinque confuta unam tegumenti hujus partem constituiebant. Cætera quinque aulæa confuta alteram tegumenti hujus partem constituiebant. Conf. capit. huj. v. 1. & 3. Quodlibet vero aulæum quatuor cubitos latum erat teste v. 2, decem itaque ejusmodi aulæa conjunctim sumta in latitudine capiebant quadraginta cubitos, totum vero tabernaculum in longitudine consideratum amplectebatur spacium triginta cubitorum. Si igitur tegumenti hujus prima pars dimidia, ex quinque אורוֹת seu aulæis constans, super tabernaculum a janua versus occidentem expandebatur (bene autem h. l. notandum, quod latitudo aulæorum longitudini tabernaculi imponebatur) spacium viginti cubitorum complectebatur, seu duas tertias partes tabernaculi, & attingebat locum illum, quo in tabernaculo sanctum a sancto sanctorum ope veli distinguebatur, ibique supra hoc velum una dimidia pars hujus tegumenti ex quinque aulæis constans cum altera dimidia parte, quæ etiam quinque aulæa continebat, *ansulis illis auræis* connectebatur, *sub quibus* velum secernens sanctum a sancto sanctorum in tabernaculo suspendebatur. Altera hujus tegumenti dimidia pars, lata viginti cubitos, reliquo.

liquos decem cubitos, ex quibus sanctum sanctorum constitit, contegebat, simulque supra asseres tabernaculi in plaga occidentali extantes extendebatur.

Ex jam dictis facile dijudicari potest, an Junius atque Tremellius verba hujus commatis recte assecuti fuerint in versione: *Et collocato hoc velo illarum ansularum loco.* Non enim loco ansularum, sed sub ansulis illis velum collocandum erat. Minus recte etiam B. noster Lutherus, cujus versio alioquin certe magni aestimanda, transulit: *Und solt den Vorhang MIT Hefsten ansetzen.* Nam particula תחת non CUM sed SUB significat. Nec Versio Vulgata ab errore immunis est, quippe quæ ita habet: *Inferetur autem velum PER circulos.* Non enim ansulis velum illud inferebatur, sed sub illis suspendebatur. Versio Græca LXX. a sensu vero plane aberrat: καὶ θήσεις τὸ καταπέτασμα ἐπὶ τῶν σύλων. *Et ponas velamen SUPER COLUMNAS.* Primo תחת nunquam significat SUPER, quippe quæ significatio ipsius naturæ repugnat, denotat enim proprie locum depressum. Deinde loco קרסים legunt עמודים. Fallimur, an loco קרסים legerint קרשים *asserēs?* ut adeo literam ס & ש confuderint. Præterea jam in v. 32. præceptum fuit, ut in columnis penderent, ubi LXX verba Ebræa עמודי על ארבעה עמודי ita transfulerunt: καὶ ἐπιθήσεις αὐτὸ ἐπὶ τεσσάρων σύλων: *ponas illud super quatuor columnas.* Adeoque necesse non est, ut illud in hoc versu repetatur. Ut autem particulam תחת in consueta significatione, ac vocem קרסים integram retineamus, vertamus: *Et colloces velum illud SUB ansulis illis.*

I. Regum XVI. 34.

בִּימֵי בְנֵה הַיָּאֵל בֵּית הַחַם אֶת־יִרְחֹוֹ

**I**N diebus ejus sc. Achabi *Chiel edificavit BETHHAE-*  
*LI scilicet Jerichuntem.* Versio Vulgata aliena est a  
 vero sensu: *In diebus ejus edificavit Hiel de BETHEL*  
*Jericho.* Non enim Bethael sed Bethhaeli in textu Ebr.  
 legimus. Posset equidem excipi, בֵּית הַחַם, esse forma-  
 tum ex בֵּית חַם. Sicuti enim a בֵּית לַחֶם oritur בֵּית  
 בֵּיתֶלְהֶמִית I Sam. 16. 1., & a בֵּית שֶׁמֶשׁ de-  
 rivatur בֵּית שֶׁמֶשׁ, I Sam. 6. 14. denotans eum, qui ex  
 Bethschemesch est: Eodem modo, ad concretum deno-  
 minativum a בֵּית אֵל formandum, in fine litera י ad-  
 ditur, ut dicatur בֵּית הַאֵל. Verum hæc exceptio  
 nullo plane modo approbari potest, si enim בֵּית הַאֵל  
 a בֵּית אֵל formaretur, tum sub litera א non esset (") sed  
 vocalis ("), siquidem constat, quod (") sub א vocis א sit  
 vocalis impura, adeoque licet א a fine creverit, addita  
 litera י, tamen vocalis (") in (") non posset corripri.  
 Vulgatani procul dubio secutus est B. Lutherus: *Zur*  
*selben Zeit bauete Hiel VON BETHEL Jericho.* Nec  
 Versio Græca LXX recte transtulit: καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις  
 αὐτοῦ ἀνοδοῦνσεν Ἀχιὰν ὁ βῆθῆλιτης (al. βῆθῆλιτης) τὴν  
 ἱερὴσ. *In diebus ejus edificavit Chiel BETHELITA ur-*  
*berem Jericho.* Male etiam Junius atque Tremellius:  
*Diebus ejus edificavit Chiel BETH-ELITA Jerichuntem.*  
 Tandem labitur etiam R. Salomo ben Melech in com-  
 mentario *Michlal Jophi* dicto ad h. 1. מִכַּת אֵל הָיָה כְּמוֹ  
 בֵּית הַחַם בֵּית הַחַם בֵּית הַחַם בֵּית הַחַם בֵּית הַחַם  
 Fuit enim



enim EX BETHEL, sicuti formatur Bethlehemi-  
ta a Bethlehem, & Bethsehemita a Betschemes. E-  
jusdem conditionis est explicatio R. Levi berl.  
Cersom in Commentario ad h. l. כי בִּימֵי בְנֵהוּ  
חִיאל שָׂחָה מְכִיחַת אֶל אֶת יְרִיחוֹ וַתִּתְאַמֵּת מִהּ שְׂקָלָהּ  
וַחֲשַׁע אִשָּׁד וַיִּבְנֶה אֶת יְרִיחוֹ כִּי כִאֲשֶׁר יִסְרָה מֵת אֲבוֹתָם  
מִסְכּוּרוֹ וּמָתוּ כָּל בְּנֵי עֲרֻשְׁמַת צַעִירוֹ כִּאֲשֶׁר הֵצִיב לְלִתּוֹתָהּ  
אָף עַל פִּי שִׁשְׁמַע אֲחִימֵל זֶה לֹא הִתְעוֹרֵר לִירֵא אֶרֶץ  
; וְיִאָּדָר שְׂקָר עַל הַמֵּאֲתוֹר ; Vult dicere, quod in diebus  
ejus edificaverit Cbiel, QUI EVERIT EX BETHEL,  
urbem Jericho. Ita impletum est illud, quod juravit Jo-  
sua: qui EDIFICABIT URBEM JERICHO &c. Nam  
cum fundamenta illius jaceret, moriebatur filius ejus pri-  
mogenitus Abiram dictus, & omnes liberi ipsius peribant,  
usque dum ipse natu minimus e vita migraret, cum ja-  
nuas erigeret. Et licet Achab hoc audiverit, tamen se  
non excitavit ad timorem Dei, sed assiduus fuit in pecca-  
tis suis.

Melius mentem expressit Jonathan in versione  
chaldaica: בְּיָמֵיהֶם בְּנֵי חִיאל בֵּית מוֹמֵי יֵת יְרִיחוֹ  
In diebus illius Cbiel edificavit BETH MOME Jerichon-  
tem. Jonathan itaque verba Ebraea בֵּית הָאֵלִי explicat  
per בְּיָת מוֹמֵי. Denotat nempe בֵּית הָאֵלִי secundum  
litteras Domum execrationis vel juramenti. Descendit  
enim בְּיָתִי a themate אֵלִי execratus est, juravit. (Referti  
potest בְּיָתִי ad formam 62. nominum auctorum, vid.  
paradigm. Nomin. p. 48. Magnific. D. Danzii. Ex eo  
que compositum videtur nomen אֵלִי מוֹמֵי n. e. qui regi  
juramento devotus seu dicatus est.) Cui significationi  
exacte respondet versio Chaldaea בְּיָת מוֹמֵי, nam voca-  
bulum

bulum יומי originem trahit a radice Chaldaea נומי *ju-  
ravit*, denotatque *juramentum*. Sic e. g. verba Ebraea  
Jerem. 23. 10. כי מפני אלה אבלה הארץ Jonathan.  
Chaldaice vertit: מן קדם מומי רשקר חרובה ארעה. *Propter juramentum falsum deserta est terra.* Item  
verba Jerem 42. 18. והייתם לאלה transtulit Jonathan  
in versione Chaldaica: ותחיון למומי *Et eritis execra-  
tio.* Cur autem Jericho appellatur בית האלי *Domus  
seu locus execrationis vel juramenti?* Quod ut eo me-  
lius intelligatur, repetamus ea quae Josua VI. de urbe  
Jericho devastata leguntur. Combusta enim urbe Je-  
richo juravit Josua: maledictus sit vir ille coram Do-  
mino, qui conabitur aedificare urbem hanc, scilicet  
Jericho, morte enim filii primogeniti, fundamenta  
ipsum ponet, & morte natu minimi, eriget illius januas.  
Cum igitur Chira auderet urbem illam maledictam,  
rursus aedificare, maledictio implebatur, filiosque suos  
amittebat. Ideo dicitur cum בית האלי *Do-  
mus execrationis illius a Josua facta.* Ut autem sensus  
eo clarior fiat, particulam ה *tanquam explanativam*  
majoris & melioris perspicuitatis gratia vertamus hoc  
modo: Chiel aedificavit Bethhaeli *scilicet* Jerichuntem.  
Constat itaque ה Bethhaeli non ad Chiram sed ad ur-  
bem Jericho esse referendum. Quod *Bethbäeli* non,  
denotet eum, qui *ex Bethel* sit, docet etiam R. David  
Kimchi in Commentario ad h. l. בית האלי בית  
מומי כלומר שעבר על האלה שהשביע יהושע ומפני  
זה נקרא בית האלי לא שהיה מכית אל וברכרו ה' אל  
נקרא בית האלי על שעבר על אלה שאמר יהושע ארוך  
חיים

Verba ביה האלי *transulit Jonathan Chaldaice: בית מומו. Ac si diceret, quia Chiel maledictionem illam, quam juravit Josua, transgressus est, ideo etiam ipse vocatur BETHAELI, NON QVOD EX BETHEL FUERIT. Et in verbis Doctorum nostrorum pie memoria Chiel vocatur Bethhæli propterea quia transgressus est execrationem illam, quam dixit Josua: maledictus sit vir ille. In Tractatu Talmudis Babylonici Sanbedrin dicto extat de hac urbe discursus & quidem in Gemara fol. 113.*

*A, ubi post aliq in lin. 27. refertur: עיר אחרת ולא עיר אחרת על שם יריחו וכתוב עלשם עיר אחרת ולא עיר אחרת על שם יריחו וכו' Docetur: Non Jericho juxta nomen alius urbis, nec alia urbs secundum nomen urbis Jericho appelletur: Ad quæ verba Gemaræ R. Salomo Isaacides per compendium literarum Raschi dictus hunc in modum commentatur: שלא יבנה יריחו ויסבב שמה על שם עיר אחרת ולא עיר אחרת על שם שאפילו בנה עיר אחרת וקראה יריחו ימחה לעולם וכתוב כימיו בנה חילאל בית האלי את יריחו כימיו של אחאב ועל שעבר על האלה קרו ליה בית האלי*

*JERICHO NON JUXTA NOMEN ALIUS URBIS h. e. ut ne quis urbem Jericho ædificet, ejusque nomen in alius urbis nomen convertat. NE QVE URBS ALIA JUXTA NOMEN URBIS JERICHO: Nam etiamsi quis urbem aliam ædificet eamque nomine יריחו appellet, tamen ille deleatur quocunque sit tempore. Scriptum itaque est (in I. Reg.): in diebus ejus ædificavit Chiel Bethhæli urbem, Jericho. IN DIEBUS EJUS scilicet Achabi, & quia EGIT CONTRA ILLAM EXECRATIONEM, ideo autor sacer eum vocat BETHHÆLI i. e. maledictum, in*



quo execratio illa a Josua facta locum invenit. Recte docetur, *ד Bethhaeli* non significare eum qui ex *Bethel* sit, falsum tamen est, quod *ד Bethhaeli* ad Chielem referendum sit, tali modo: Chiel, *maledictioni Josua obnoxius*, ædificavit urbem Jericho. Certe si hæc mens scriptoris sacri fuisset, tum loco *בית חאל* adhibuisset vocem *אורר* a Josua usurpatam & *maledictum* denotantem. Nec ullibi vocabulum *בית* in ejusmodi sensu de homine prædicatur, itaque *ד Bethhaeli* potius ad urbem Jericho referamus.

III.

Hof. XIV. 3.

נשלח פרים שפתינו

**V**ersio Vulgata verba hæc vertit: *Et reddemus VITULOS LABIORUM NOSTRORUM.* Quam amplexus est B. Lutherus: *So wollen wir opffern die FAREN unserer Lippen.* Verum hæc translatio minime approbari potest, quia *פִּרִים* in statu absoluto non vero constructo deprehenditur. Audaces nonnulli critici ex collatione Epistolæ Ebr. 13. 15. ubi dicitur: *אֵרָפִים חֵלֶבֶת פִּרְיָם* *fructum labiorum*: contendunt, locum Hofeæ corrigendum, & loco *פִּרִים* legendum esse *פִּרְיָם* *fructum eorum* scilicet *labiorum*. Sed ejusmodi homines nodum non solvunt, sed dissecant suamque præcipitantiam hæc in re manifeste produnt. Si enim *פִּרְיָם* tanquam suffixum ad vocem proxime subsequenter respiceret, non suffixum masculinum, sed fœmininum requireretur. Præterea deprehendimus verba illa in  
Episto.

Epistola Ebr. obvia exegerica esse, quæ præcedentia clarius explicant. Ita enim ibi legimus: *Δι' αὐτῆς ἐν ἀναφέρωμεν θυσίαν ἀνέσεως διαπαντός τῷ θεῷ. Per ipsum igitur offeramus sacrificium laudis semper Deo. Quid autem per θυσίαν ἀνέσεως sacrificium laudis in Novo Testamento, in quo sacrificia Veteris Testamenti abrogata sunt, intelligatur, docent clare verba subsequentiā: τὰ ἔσθι καρπὸν χειλέων ὁμολογῶντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. HOC EST, fructum labiorum celebrantium nomen ipsius. Adeoque potius dicendum, verba illa: ἀναφέρωμεν θυσίαν ἀνέσεως offeramus SACRIFICIUM LAUDIS: ex Veteri Testamento esse desumpta. Sic e.g. in Levitic. Cap. VII. 12. legimus: וְהִקְרִיב עַל-זֶבֶחַ הַתְּוֵרָה חֲלֵבֵי שֶׁמֶן וְהִקְרִיב עַל-זֶבֶחַ הַתְּוֵרָה חֲלֵבֵי שֶׁמֶן & offerat super SACRIFICIUM LAUDIS placentas &c. Quæ in versione Græca LXX. ita exprimentur: καὶ προσάσει ἐπὶ τῆς θυσίας τῆς ἀνέσεως ἄγρᾱς &c. Et offerat super SACRIFICIUM LAUDIS panes. Ac in versu 13. verba Ebræa עַל זֶבֶחַ תְּוֵרָה שְׁלֵמִי in versione Græca translata sunt: ἐπὶ θυσίας ἀνέσεως σωτηρίας. Super SACRIFICIUM LAUDIS. Item verba illa Ebræa 1. Chron. 29. 31. וְהִבִּיאוּ זֶבֶחִים וְתוֹרוֹת לְבֵית יְהוָה Et adducite VICTIMAS & LAUDES in domum Domini, Versio Græca LXX. reddidit: καὶ σέβετε ὀψίας αἰνεσέωσι εἰς οἶκον κυρίου. Et afferte SACRIFICIA LAUDIS. Certe verba θυσία ἀνέσεως sunt eadem, quæ in Epistol. Ebr. usurpantur. Quid ergo prohibet, quo minus vocem פְּרִים integram retineamus, ac Parim legamus. Præsertim cum hanc lectionem Jonathan in translatione Chaldaea confirmet: סבותי סחקבלין קדסך כתורין לרעה על סבותי*

*Et sint VERBA LABIORUM NOSTRORUM coram te, accepta SICUTI BOVES oblectationis super altare.* Eandem lectionem agnoscit etiam Raschi ad h. l. ונשלמה פרים שהיה לנו להקריב לפניך בשלם אותם שפתינו i. e. JUVENCOS ILLOS, qui nos debuissimus coram te offerre, compensabimus ACCEPTIS VERBIS LABIORUM NOSTRORUM. Egre-  
gie etiam R. David Kimchi annotat ad hæc verba: נשלמה פרים שפתינו במקום פרים נשלמה לפניך וידוי שפתינו כי אתה רוצה בדברי תשובה יותר כי אין הקרבנות מועילות בלא וידוי העון כי בכלם נאמר והתודה אשר הטא ובשער המשתלח לא היה אלא וידוי הדברים כי לא היה קרב ממנו דבר על גבי המזבח אלא הוידוי כמו ושנאמר והתודה עליו אר  
ET REDDAMUS JUVENCOS h. e. LOCO JUVENCORUM offeramus coram te CONFESSIONEM LABIORVM NOSTRORVM. Tu enim magis oblectaris verbis penitentiae, nam sacrificia absque confessione peccati nihil profunt. Apud omnia enim sacrificia dicitur: (e. g. Levitic. V. 5.) ET CONFITEATUR, QVOD PECCAVERIT. Et apud hircum emissarium tantum confessio verbalis locum habuit, nam de eo nihil quicquam (sacerdos) super altare obtulit, sed tantum confessio (facta est super eum), sicuti dicitur (Levitic. XVI. 21.) Et confiteatur super ipsum omnes iniquitates Israelitarum. Præclare itaque Junius atque Tremellius transtulerunt: Et rependemus JUVENCOS LABIIS NOSTRIS.

Judic. I. 19.

כי לא להוריש את-רושבי העמק.

**J**onathan in versione Chaldaea verba haec explicavit: **ב**חר כן רחבו לא יכילו לתרכא יה יחבי משרא  
*Postea QVIA PECCARVNT, non POTVERVNT expellere habitatores planitici. Vulgata Versio eodem modo sensum exprefsit: nec POTVIT delere habitatores vallis. Cum quibus facit B. Lutherus: Denn ERKVNTE die Einwohner in Grunde nicht einnehmen. Nec ab hoc sensu aliena est explicatio R. Salomonis ben-Melech in Michlal Jophi ad h. I. לא יכרו להוריש כי sed non POTERANT expellere. Quique simul Versionem Chaldaeam in subsidium vocat. Licet phrasis לא יכרו in Scriptura S. usitata sit, tamen hoc loco לא יכרו non supplendum videtur, alioquin enim nimis dura. Ellipsis admittenda esset. Quomodo vero verba לא יכרו explicanda sunt? constat ex § 96. Interpr. n. 3. quod לא interdum significationem nominalem retineat, & defectum sive carentiam denotet. Vertamus itaque verba haec: Sed CARENTIA vel DEFECTVS (scilic. erat) expellendi illos. Ellipsin vero verbi Substantivi haud infrequentem esse, patet ex § 177. Interpret. celeb. Danz.*

V.

Judic. II. 9.

מעפון להר-געש

**J**vnius atque Tremellius verterunt: *Ab aquilone*  
 B 3 MON.

MONTI GAHASCHO. Licet sensus unus idemque sit, sive veritas in dativo: *ab aquilone monti Gaascho*, sive in Genitivo: *a plaga septentrionali MONTIS GAASCHI*; peccant tamen tamen Junius atque Tremellius contra Grammaticam, faciunt enim ex statu constructo absolutum. Secundum ipsos litera  $\aleph$  non ( ) sed vocali ( ) esset afficienda. Quia vero vocalem ( ) sub hac litera in ( ) correptam videmus, juxta § 34. Instit. I., exinde liquido constat, quod  $\aleph$  sit status constructi. Equidem negari non potest, quod particula  $\aleph$  alioquin sit nota *dativi casus*; hoc tamen loco non ut nota *dativi*, sed potius *genitivi* explicanda censetur ob statum constructum vocis  $\aleph$  secundum § 20. II. interpret. Nec ab hoc nroo immunis est B. Lutheri versio: *von Mitternacht werts AM Berge Gaasi*. Melius literas expressit Versio Græca LXX: ἀπὸ βορρᾶ τῆ ὄρει Γαας. Cum qua consentit Versio Vulgata: *a septentrionali plaga MONTIS, Gaas.*

## VI.

## Judic. I. v. 27. &amp; 35.

וְיָצֵא אֱלֹהִים אֶת הַיִּשְׂרָאֵלִים מִיָּד הַכְּנַעֲנִים לְשִׁבְתָּם בְּאֶרֶץ הַחַיִּץ הַזֹּאת

IN versione Græca invenimus verba hæc ita translata: καὶ ἤρξατο ὁ καναναῖος κατοικεῖν ἐν τῇ γῆ ταύτῃ. Et COEPIT Cananaeus habitare in terra hac. A mente LXX. Interpretum non aliena est Versio Vulgata: COEPIT que Cananaeus habitare cum eis. Quam secutus videtur B. Lutherus: Und die Cananiter FINGEN AN zu wohnen in denselben Lande. Verum hæc explicatio cum



עוֹלָם (י) עוֹלָם

cum re ipsa non convenit, non enim demum Cananæi illi in hac terra habitare incipiebant; sed diu illam possederant, jam vero a tribu Manasse in sede pristina relinquebantur, alias, si illos expellere voluisset, obtinuisset illud: Veteres migrate coloni. Præterea etiam usus vocis *אֵל* obstat, utpote cui significatio *incipere* non competit. Alii ut usitatam vocis notionem retineant, vertunt: **VOLEBAT, ACQUIESCEBAT, PLACEBAT** *hic habitare*. Licet hæc versio usitatam vocis significationem observet, tamen non approbanda videtur. Si enim rem ipsam paululum consideramus, animadvertimus, quod non a voluntate Cananæi populi dependerit, an hic manere vellet nec ne; sed potius à voluntate Israelitarum, & quia hi illos non expellebant, ideo in terra hac relinquebantur. Videntur autem verba bene explicari posse juxta § 76. III. Interpret., scilicet si *עוֹלָם* adverbialiter reddamus, infinitivum vero *לשבת* in ipsius tempore finito effera-  
mus, ut sensus sit: **QUIETE itaque HABITABAT Cananæus in hac terra.**

VII.

I. Regum XXII. 38.

וַיִּלְקוּ הַכְּלָבִים אֶת־רַגְלֵי וְהַזְנוּת רַחֵם

**B** Lutherus versum hunc Germanice reddidit: *Und da sie den Wagen wuschen bey dem Teiche Samaria, leckten die Hunde sein Blut.* **ES WUSCHEN IHN ABER DIE HÜHREN.** *Quæ explicatio omnino peni-*

148

rus approbanda esset, si modo suffixum tertiæ personæ, ad vocem רכב referendum, in textu Ebræo deprehenderetur. Sensus itaque hiulcus erit, *scorta lavabant*. Quid autem lavabant? Mens versionis Græcæ LXX est, ac si meretrices seipsas in aquis illis sanguine Achabi commixtis lavissent: καὶ πόρνοι ἐλέσαντο ἐν τῷ αἵματι. *Et meretrices laverunt IN SANGVINE*. Idem statuit

Ralbag in Comment. ad h. I. ר"ל כי בעברו שם שטף הרכב על מי הברכה ונתנקה הרכב מהדם ונתערב במים ושם לקקו הכלבים רמז כשתוחם מהמים ההם ועור היה לו מהכוו שהנשים הזונות הרוחצות בברכה *Sensus est, quod currus, cum ibi transferit, aquis piscine immerferit, sanguisque ablutus & cum aquis commixtus sit, ibique canes sanguinem ipsius linxerint, dum de aquis illis biberunt. Præterea ipsi contentui erat, quod etiam mulieres meretrices lavantes in piscina, in ipsius sanguine laverint.* Nec hæc sententia rejicienda videretur, si modo in textu Ebræo בו in eo vel ברמו in sanguine ejus obvium esset. Alio plane modo vocem הזנות explicat Jonathan in versione Chaldæa, scilicet: *et VASA ARMORVM laverunt*. Cum hac explicatione consentit R. Salomo ben Melech in Michlal Jophii ap h. I. והזנות רחצו מנחי העין בשקל קומה קומת והוא מן כלי בניין בלשון רז"ל וכן הרגם יונחן ומני זינא שטפו והוא מוסב למעלה וישטיף את הרכב אמר שטפו הרכב ורחצו הזונות על ברכת שמרון. והשטיפה חזקה מהרחיצה. *Vox est ex verbo quiescente secunda litera radicali ad formam קומה* *plura.*

pluralis est קומות. Ejusque significatio derivatur a voce זיין qua doctores nostri pia memoria utuntur, dicentes: זיין instrumenta armorum. Ita etiam transtulit Jonathian: Instrumenta armorum. Verba autem hec זיין וישטוף את הרכב referuntur ad superius dicta: ut sensus sit: immerferunt currum ET LAVERUNT ARMA in piscina Samaria: Vox IMMERSIO autem, plus infert quam LOTIO. Certe explicatio hæc speciem aliquam præ se fert, & approbaretur, si vox זיין in eodem sensu alibi in Scriptura sacra occurreret. Deinde etiam magnum discrimen est inter זיין & זיין.

VIII.

Genes. IV. 8.

ויאמר קין אל-הבל אחיו

**E**T dicebat Kain fratri suo Abeli. Quid vero dicebat? R. Jacob Abendana in additamentis commentario R. Salomonis ben Melech, Michlal Jopbi dicto, intermixtis ad h. l. annotat: לא פורש מהו אמר: לו ואפשר שאמר לו שיצאו יחד השדה. או אמר לו דברו תוכחותי ואיננו רחוק שאל מה שהזכירתי ה' אודותיו כרי שיחשוב הבל שכבר סרה עברתי ממנו וכן היה שהוא לא נשמר וכאשר מצאו בשדה יחידו הרגו. Non explicat (autor sacer) quid dixerit ipsi. Probabile vero est, quod dixerit ei, eamus simul in campum. Aut retulit ipsi verba reprehensionis (sc. Dei in versu 6. & 7. obvia). Omnino haud improbabile est, eum narraffe, quomodo ipsius gratia a Deo fuisset correptus, ut Abel sibi persuaderet, iram Kaini jam diu esse extinctam. Et ita etiam factum est. Nam Abel sibi non ca-

C

vit

vit a Kaino, cumque Kain cum solum in agro offenderet, occidit ipsum. Sed conjectura sunt, quæ certe non magnæstimanda. Pontificii ex hoc capite Scripturam Sacram defectus alicujus arguere allaborant, & Versionem Vulgatam contra laudibus extollunt, quæ defectum illum ita supplet: *Dixitque Kain ad Abel fratrem suum: EGREDIAMUR FORAS.* Eorumque opinionum patrocinari videntur Versio Samaritana atque Syriaca, quarum illa addit: *eamus in campum*; hæc vero adjicit: *eamus in desertum.* Nec versio Græca eorum menti repugnat: *καὶ εἶπε καὶ πρὸς Ἀβελ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον.* *Kain dixit fratri Abel, EAMUS IN CAMPVM.* Minime etiam præmittendum, quod Targum Hierosolymitanum prolixum discursum, quem Kain cum fratre suo habuerit, effingit. Verum salva res est, vertamus modo *וְחָשַׁב* ET COGITABAT, præpositionem *כִּנְ* vero reddamus CONTRA, ut sensus sit: Attamen Kain neglecta divina reprehensione *cogitabat contra* fratrem suum. Kain enim erga fratrem suum male affectus necem innocenti Abeli machinabatur. Deprehendimus jam, quod & Hottingerus eodem modo verba hæc explicaverit, adeoque necesse erit, ut hanc explicationem ab exceptionibus B. Pfeifferi vindicemus. Scilicet Pfeifferus ita excipit: *Que sententia (Hottingeri) nobis plane arrideret, si hoc כִּנְ IN CORDE SVQ, vel simile quidpiam ad significandum SERMONEM ANIMI adjectum.* Locus ab Hottingero allatus Exod. 2.14. *rens nondum conficit.* Quod autem *וְחָשַׁב* etiam absolute & sine addito positum de cogitatione vel proposito inter-

no ad-

no adhibeatur, de eo nullus fere Philologorum jam dubitabit, idque constat ex Pf. 31. 15. & Pf. 32. 5. ad quem locum in Michlal Jophi observatur. אמרתִי dicitur i. e. חשבתי בלבי cogitavi in corde meo. Quod vero ad locum Exodi 2. 14. attinet, ille certe non rejiciendus videtur, siquidem versio Græca verba: אתה אמר num dicitis? transtulerunt: μή ἀναγκάσει με σὺ θείεις, Num VIS me occidere. Itaque non necesse est, ut aliquid suppleamus, præsertim cum etiam Versio Chaldaica, Onkelosi nihil superaddat, sed sola verba Ebræa exprimat: ואמר קין להבל אחודי Dixit Cain Abeli fratri suo.

IX.  
Genes. XXII. 13.

וידא והנהגה איל אחר נאחו בסבך בקרניו

**R** Salomo Ben Melech in Michlal Jophi ad h. l. annotat: הנון בסגול ופא הפועל בשוא וסגול נאחו כן vocis אחר עבר רל אחר שנאחו בסבך *affecta est vocati* (נ), *ac verbi prima radicalis sc. נ nota est cum* (נ); *estque præteritum* (sc. conjugationis Niphali; non vero ejus participium.) *Sensus est: POST- QUAM DETENTVS ERAT IN PERPLEXITATE.* De particula ו, quam אחר postponit, conferatur § 50. Rabbinism. Celeberrim. Danzii. Varias explicationes Abenefra in Comment. ad h. l. exhibet: אחר נאחו אחר שנאחו בסבך בקרניו ואם הוא חיה נאחו קטוף או תחסר מלת חיה וכן שעמו אחר חיותו נאחו ורבים כמותו ויש מפרש כי אחר רבק עם וישא אברהם צא

את עיניו ואילו היה כן היה אחרי אחר כן אחרי זאת  
 כמשפט השון *i.e. postquam ille detentus cornibus suis  
 in perplexitate & quidem si litera ך fuerit vocali (״) no-  
 tata. Aut deficit vox היה, ut sensus sit: postquam ERAT  
 detentus, & multa ejusmodi exempla dantur. Quidam  
 vero explicat, quod particula ך cobareat cum verbis  
 precedentibus: ET SVSTVLIT ABRAHAM OC-  
 LOS SVOS. Sed si hic sensus esset, tum adesset parti-  
 cula אחרי aut אחר כן. Ultimam explica-  
 tionem ab Abenesra rejectam amplectuntur nonnulli  
 Philologi, verrunque: & vidit, quod ecce aries, POST-  
 EA. Cui explanationi favet versio Arabica: Et levavit  
 Abraham oculos POST ILLVD. Obstat ei vero accen-  
 tuatio, quia secundum hanc explanationem accentus  
 distinctivus vocis אחר major fit accentu distinctivo vo-  
 cis איל contra axioma V. Vid. *usus Accentuat.* Wei-  
 mari p: 55. Deinde licet אחר postea denotat, attamen  
 si in ea significatione usurpatur, ordinarie verbo suo  
 præponitur, non vero adeo remote ei postponitur.  
 Unde alii אחר potius ad sequentia referendum esse  
 contendunt. B. Lutherus superaddit particula אחר  
 suffixum, quod tamen in textu Ebræo non legitur. Vi-  
 deturque secutus Versionem Vulgatam, quæ ita habet:  
 Levavit Abraham oculos suos, viditque POST TERGUM  
 arietem.*

X.

Genes. 48. 15.

שכל את-דורו כי מנשה הבכור

Q<sup>uæ</sup> verba Junius & Tremellius reddiderunt: *co-  
 gno-*

(21)

gnoscebat **PALPANDO** manibus suis Menaschen esse primogenitum. Sine causa suppleat vocem palpando. Non enim Jacobus senex prius palpabat manibus suis Manassen, sed illico manum sinistram ipsius capiti imponebat. Deinde Jacobo jam bene notum erat, Manassen esse primogenitum, nec demum ipsi cognoscendum erat, an Manasse esset primogenitus, sciebat etiam Manassen, tanquam primogenitum, stare e regione manus suae dextrae. Praeclare B. Lutherus sensum expressit: *Und that WISSEND also mit seinen Händen.* Licet enim Manasse erat primogenitus, tamen Ephraimo manum dextram, Manassi vero sinistram imponebat, idque studio atque consilio, non ex errore, uti forsitan aliis primo intuitu videri posset.

*Nobilissimo atque Doctissimo*

DOMINO

**D. F. GERLACHIO**

S. P. D.

**ADOL. GVILIEL. von Gohren,**

Consist. Eccles. Assessor.



Insignia nostris temporibus augmenta omnibus ferme artibus scientiisque accessisse nec ignoro, nec felicitatem hanc illis invideo. Neutiquam tamen æquoferre possum animo, si Majorum nostrorum meritis inde detrahatur gloriaque

que nostra illorum ruinis superstruatur. Nos solos sapere, nos eruditionis, acuminis, ingenii vi & præstantia multis parafangis lumina illa mundi præterlapſi ævi superare, imperitii & cæci noſtri ſæculi admiratores ſi non clamant, tamen muſſitant. Stomachum hæc mihi movent utpote certiffime perſuaſo, nihil fere jam dici, quod non dictum ſit prius, plurimisque veterum elegantioribus ut plurimum nuditatem ſuam tegere & exornare recentiores. Haud profecto apparatus mihi deſſet Thraſonibus noſtris, quæ aſſero, ad oculum demonſtrare latiusque deducere; ſed anguſti, quibus circumſcribor, limites opus perſequi vetant. Interim haud contemnenda ſubſidia hic ſubminiſtrant Paſchius, Almeloveenius, Baſius in Dictionario paſſim, Huetius in Cenfura Philoſophiæ Cartheſianæ aliique. Tolerari tamen quodammodo hi Thraſoniſmi in circulo virorum ſecularis eruditionis typho turgidorum poſſent; aſt in ſanctioris diſciplinæ fore ejuſmodi perſonare voces grandiloquas, nemo cordatus concoquere poteſt. Inſtructi ſumus, fateor, variis iisque egregiis adminiculis ſtudia Philologiæ ſacræ, artis interpretandi ſacras literas, notitiamque rerum in eccleſia geſtarum promoventibus, quibus antecſoribus noſtris carendum erat; aſt conferamus quaſo doctiorum noſtri ævi, excellentibus licet hiſce ſubſidiis munitorum, labores, cum veterum Theologorum noſtræ Confeſſionis ſcriptis plurimis, æternitatæ profecto dignis; & magnopere fallor, aut plane palmam noſtris prærepturi aut dubiam redituri ſunt. Quis non miratur ſimplicitatem Apoſtolicam & piſcatoriam in proponendis fidei dogmatibus? dexteritatem in gerendis bellis Domini, quam tot Colloquia, ſcripta Chemnigiana, Gerhardiana, ut Examen Conc. Trid., Confeſſio Catholica, aliaque innumera, ſolidam rerum ſpiritualium ſcientiam prudentia, ingenii monumenta loquuntur, Tangere hæc ſaltem licet Majorum in Eccleſiam merita. Non tamen ſicco proſus præterire poſſum pede eximias in explanando Codice ſacro dotes. Hic viros ſe præſtant, nihilque tam magnificentum dici poterit, quod

NON

non eo  
ſcriptis  
ſterneb  
das eſſe  
& viva  
veniri  
ſum ſp  
Huic lu  
antece  
accurat  
ſpicue  
teris p  
ſtumqu  
quareb  
lingua  
felicit  
ſionibu  
luntari  
ſuos c  
in recu  
Theolo  
metho  
rumqu  
ræ inte  
cordat  
gi ſcil  
diſſere  
interp  
raturæ  
hende  
mus in  
tio ali  
Critie  
ſuorum



non eorum virtus exsuperet. Hanc, quantum ex illorum scriptis exegeticis colligere mihi licuit, Hermeneutica sua subternebant basia: scripturas non nisi eo spiritu intelligendas esse, quo scriptae essent, qui spiritus nusquam praesentius & vivacius, quam in ipsis sacris suis, quas dictavit, literis inveniri possit. Adeoque non ex humanis annotationibus sensum spiritus emendicabant, sed a Spiritu S. ipso petebant. Huic lumini spiritus sancti jungebant iudicium Logicum & ex antecedentium sequentiumque positu ac serie sensum verborum accurate colligebant, harmoniam & concentum scripturae perspicue eruebant, verba & res cum aliis locis conferebant, veteris pacti libros cum novi foederis scriptis contendebant, Christumque sollicitè in typis, adumbrationibus & promissionibus quaerebant & repertum ostendebant. Cumque sine sacrarum linguarum notitia, quae Spiritus S. mentem pandunt, nemo feliciter in hoc studiorum genere progredi possit, & qui versionibus commentariisque aliorum contentus est sibi ipsi voluntariam caecitatem inducit, illas magni aestimabant & in usus suos convertebant. Atque hac via id assecuti sunt, ut quod in recentiorum commentariis rarius invenitur, res nimirum Theologicae, id apud ipsos tanta copia deprehendatur. Hac methodus erat Lutheri, Brentii, Franzii, Regii, Gerhards aliorumque, quibus an nostri temporis felicissimi quoque scripturae interpretes palmam praeripiant, iudicent me doctiores. Malo cordatum de hoc argumento iudicium verbis alienis, Theologi scilicet in celebri Holfatorum Academia publice pro cathedra dissentientis, quam meis, parallelismum veterum & recentiorum interpretum sistere. Plus equidem, inquit, elegantioris literaturae, Rabbinismi, Criticarum observationum inibi deprehendes, masculae & succulentae Theologiae parum. Imo optimus interpres ex recentioribus infans est cum Luthero, Brentio aliisque collatus, & quae apud eum omnium optima sunt, Critica ferme erunt, & observationum ex collectaneorum suorum Philologicorum penu petitorum effusiones. Ita ille!

Hæc

Hæc non ad deprimendam seculi nostri felicitatem, sed majorum nostrorum debitas laudes vindicandas a me rudi penicillo festinantique calamo scripta sinto, qui alias meritis tot præstantium ecclesiæ nostræ Theologorum justam statuere pretium debitumque honorem deferre didici, ardoremque literas sacras excolendi, qui Theologiæ nostræ feliciorẽ conditionem pollicetur, toto pectore probò atque commendo. Qui enim, absque Philologiæ sacræ & Theologiæ Exegeticæ peritiã diviniõres literas profiteri cupit, is eadem opera sine navigio mare vult tentare siccoque pede pertransire. Non possum igitur non magnopere deprædicare, *Dollissime Gerlachi!* profectus Tuos, qui uti in omni eruditionis Theologicæ genere, ita præprimis in sacrarum literarum studio insignes certe sunt, tantique ut publicam lucem sustinere non vereantur. Confirmas hoc egregio eruditionis Tuæ specimine spem omnium jam dudum de Te conceptam, quantum in hoc studiorum genere valeas, quidque ecclesia aliquando de Te sibi polliceri possit. Tibi igitur, Amice Charissime, tam insigni doctrinã solidioris apparatu instructo, cui vitæ probitatem morumque venustatem (quorum, cum Inquilinus per biennium modestissimus charissimusque mihi fueris, testis oculatus sum) felici connubio jungis, qui possum aliter quam optima & exoptatissima quævis, fata ad vota felicia, omniumque, qui veram pietatem cum doctrina non vulgari sociatam deamant, amorem favoremque Tibi præfagire. Impléat summum Numen omina vota que pro Tua salute a me suscepta, cujus patrocinio soli Te commendo. Dabam d. xv Maji M DCC xix.



Fd 6020 II

(2)

ULB Halle

3


003 772 209



7A 90C

WMA 200





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

DECAS  
**PHILOLOGICO-  
 RABBINICA**

36-18

v. Ex. gen.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
 SERENISSIMO PRINCIPE

**GVILIELMO HENRICO**

DVCE SAX. IVL. CLIV. MONT.  
 ET RELIQVA

CONSENSV SVPERIORVM

P R A E S I D E

**M. IO. IVSTO Sonneschmid,**

APOLDA - THVRING.

PVBLICÆ DISQVISITIONI

IN AVDITORIO PHILOSOPHICO

*Ad diem XX. Maji. Anni MDCCXIX*

horis consuētis

SVBMITTET

M.

**DAVID FRID. GERLACH,**

EISENB. PHILOL. ET SS. THEOL. CVLTOR.

I E N A E

EX OFFICINA MVLLERIANA

